Quodcunq; ostendis mihi sic incredulus odi
Neue minor neu sit quinto productior actu
Fabula q̄ posci uult spectata reponi
Nec deus intersit . nisi dignus uindice nodus
Inciderit nec quarta loqui persona laboret
Actoris partes chorus officiūq; uirile
Defendat neu quid medios intercinat actꝰ
Quod nō proposito conducat . ⁊ hereat apte
Ille bonis faueatq; ⁊ consilietur amice
Et regat iratos . ⁊ amet peccare timentes
Illa dapes laudet mense breuis ille salubrē
Iusticiā legesq; ⁊ aptis ocia portis
Ille tegat commissa deosq; precetꝰ . ⁊ oret
Ut redeat miseris abeat fortuna supbis
Tibia nō ut nc̄ oricalco uicta tubeq;
Emula sed tenuis simplex foramine paruo
Aspirare ⁊ ad ēē choris erat util' atq;
Non dū spissa nimis . complere sedilia flatu
Quo sane popul' nūabil' ut pote paruus
Et frugi castusq; uerecūdusq; coibat
Postq̄ cepit agros extendere uictor ⁊ urbes
Latior amplecti murus uinoq; diurno
Placari geniꝰ festis inpune diebus
Accessit nūis modisq; licencia maior
Indoctus quid eni sapet liberq; laborū
Rusticus urbano cōfusus turpis honesto
Sic priscę motūq; addit arti luxuriemq;